



~~11-58~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
11-58
SIGNAT. clvccccxiii.




LOCUS SENECAE
DE GRATIIS.

Ex Lipsianâ editione
descripsit

M. ELIAS MAJOR Vra-
tislaviensis.

An. 1 6 4 4.
incunte Mense Martio.

VRATISLAVIÆ,
Typis excrispsit GEORGIUS BAUMANNUS.



L. ANNÆUS SENECA

lib. i. de Beneficiis

cap. 3.

Num dicam, quare tres Gratia, & quare so-
rores sint, & quare manibus implexis; qua-
re ridentes, juvenes, & virgines, solutaq;
ac pellucidâ veste? Alii quidem videri vo-
lunt, unam esse, quæ det beneficium; alte-
ram, quæ accipiat; tertiam, quæ reddat. Alii tria
beneficiorum genera, promerentium, reddentium, simul
& accipientium reddentiumq;. Sed utrumlibet ex istis
* judicaverim; quid ista nos juvat scientia? Quid ille
consertis manibus in se redeuntium chorus? Ob
hoc, quia ordo beneficii per manus transeuntis, nihilomi-
nus ad dantem revertitur, & totius speciem perdit, si
usquam interruptus est: pulcerrimus, si cohasit, & vi-
ces servavit. Ideò ridentes, quia promerentium vultus
hilares sunt; quales solent esse, qui dant, vel accipiunt
beneficia. Juvenes; quia non debet beneficiorum me-
moria senescere. Virgines; quia incorrupta, sunt &
sincera, & omnibus sancta. In quibus nihil esse alliga-
ti decet, nec * adscripti: solutis itaq; tunicis utuntur.
Pellucidis autem; quia beneficia conspici volunt. Sit
aliquis

*
al. judica
verum

*
al. adstri
cti.

aliquis usq; eò Græcis mancipatus, ut hæc dicat necessa-
 ria: nemo tamen erit, qui etiam illud ad rem iudicet
 pertinere, quæ nomina illis Hesiodus imposuerit.
 Aglaian maximam natu* appellavit; mediam, Euphro- *
 synen; tertiam, Thalian. Horum nominum interpretati- Al, cur A.
 onem, & , prout cuiq; visum est, deflectit, & ad ratio- m. n. ap-
 nem aliquam conatur perducere: cum Hesiodus puellis pellaverit
 suis, quod voluit, nomen imposuerit. Itaq; Homerus
 uni mutavit, Pasitheat appellavit, & in matrimonium
 produxit, ut scias, illas Vestales non esse. Inveniam
 alium poëtam, apud quem præcingantur & spissis, * aut *
 Phryxianis prodeant. Ergo & Mercurius unà stat: al auro
 non quia beneficia oratio commendat, sed quia pictori ita Phrygianis
 visum est. Chrysippus quoq;, penes quem subtile illud
 acumen est, & in imam penetrans veritatem; qui rei
 agenda causâ loquitur, & verbis non ultrâ, quam ad
 intellectum satis est, utitur, totum librum suum his in-
 eptiis replet, ita ut de ratione dandi, accipiendi, reddendiq;
 beneficii pauca admodum dicat: nec his fabulas, sed
 hæc fabulis inserit. Nam præter ista, quæ Hecaton * *
 transcribit, Chrysippus Gratias ait Jovis & Euryno- al. scribit
 mes filias esse, ætate autem minores, quam Horas, sed tres.
 meliusculâ facie, & ideò Veneri datas comites. Ma-
 tris quoq; nomen ad rem iudicat pertinere. Euryno-
 men enim dictam, quia latè patentis* matrimonii sit, be- *
 neficia dividere: tanquam matri post filias soleat nomen al. patri-
 imponi, aut poëta vera nomina reddant. Quemad- monii
 modum nomenclatori memoriæ loco audacia est, & cui-
 cunq;.

eunq̄ nomen non potest reddere, imponit: ita poëta non
putant ad rem pertinere, verum dicere: sed aut neces-
sitate coacti, aut decore corrupti, id * quæq̄ vocari ju-
al. quemq̄ bent, quod bellè facit ad versum. Nec illis fraudi
est, si aliud quid in censum detulerunt: proximus enim
poëta suum * illa ferre nomen jubet. Hoc, ut scias,
al. illas ita esse, ecce Thalia, de quà cum maximè agitur, apud
Hesiodum Charis est, apud Homerum, Musa.



Ung. VI 58 (10)

ULB Halle 3
002 686 287



Sb,

VD17
Sep. 2000 Pd.







58

ENE C Æ
ATIIS.

editione
ofit
JOR Vra-
sis.

4 4+
Martio.

—————
TIA,
S BAUMANNUS.

